



Nf. 41.  
(1)

5.

SPECIMEN  
INDICIS RERVM  
AD  
**LITTERATVRAM**  
**ARABICAM**  
**PERTINENTIVM**

---

*AUCTORE*  
**IO. HENR. CALLENBERG**

---

Halæ in typographia instituti iudaici  
cl̄ lccc xxxv.

\*\*\*\*\*

**A**cademica huius linguae tractatio, sub Clemente V. in concilio Viennensi inculcata. Id quoque in Basileensi constitutum. At optimo consilio defuere executores. Kirstenius in vit. euang. 3. Hinckelm. præf. alcor.

*Africanus*, Io. Leo, prius in Europa eam docuit Ægidium Viterbiensem, & Hier. Seripandum, cardinales, ac Iustinianum Neobiensem. Hinckelmannus in præf. Alcor.

*Alcoranus*. Fabricius in biblioth. suæ hist. part. II. 221. IV. 108. Tenzels monatliche unterredungen, 1689. 150. 1692. 917. 1694. 738. sq. Io. Andr. Maurus in præf. confus. sect. Moh. Voet. dissert. part. II. 676.

-- *arabicus* ut typis exscribatur, optat Calixtus, quo melius oppugnari poslit; in disput. de veritate unicæ religionis christianæ.

-- eius *historia*. Elmac. hist. Sarac. 18. Pfeifferus in crit. append.

-- hunc in *latinam* linguam vertit Ioannes, segobiensis episcopus, atque versionem hanc constantiens concilio ostendit.

-- *manuscriptus* extitit in bibliotheca Hinckelmanniana, qui id habebat memorabile, quod in margine adscripta reperiebantur, quæ in aliis codicibus discordent, ut hæ notæ proximoræ cuiusdam alcoranicæ specimine haberi possint. Repugnat hoc muhammedanorum insti-

institutum iætatae ab ipfis integritati alcorani, quatenus nolunt sacras scripturas, nullis grauioribus deturpatas mendis, credi integras. Quod argumentum in tuenda hebraici, græci-que codicis nostri sinceritate eo magis valebit, quo minus illi tam longinquum temporis spatium, cuius iniurias, Deo providente, felicer effugerunt scripta nostra, sui libri ætati tribuere possunt. Cæterum correctius hoc alcorani exemplar Hinckelmannus normam proposuit vulgantibus sub finem superioris seculi alcoranum, Hamburgi typis exscriptum nitidissimis.

-- *versionum* eius diuersitas, inde orta, quod nonnulli eius commentarios, non autem ipsum, in aliam linguam transtulerunt. Chytræ oratio de statu eccles. in græcia, p. 33.

-- *versio persica*. Relandus de relig. mohamm. 144. Hotting. hist. orient. 505. 590. Iauana & malaica. id. 265.

*Alphonſus sapiens arabicam linguam excoluit*. Kirſt. vit. evang. 3.

*Apophthegmata*. Io. Drufii apophthegma-ta ebraeorum & arabum. Franeq. 1617. 4.

*Bedwellus*, anglus, cultor huius linguae. Castell. Lex. præf.

*Biblia*. Ad eorum versionem arabicam recognoscendam adhibitus est Rancatus. Mabillon in itinere italicoo.

*Catechismi* arabici. Io. Frid. Maier in ec-

)\*( 2 cleſia.

clesia papæa, luth. reform. patrona, dissert.  
II. c. IV. §. 4.

*Christiana* religioni opposita scripta. Muhammedis, filii Abutalibi, epistola arabica ad epistolam ecclesiæ cypriæ extare dicitur in bibliotheca ultraiectina. Clenardus memorat, circumferri in africa scriptum christiani hominis, qui ad Muhammedis sacra se contulerit. Libro illo christianæ pietatis capita refutari.

Cultores nonnulli huius linguae : Petrus de Alcala, Andreas Alpagus, Antonius Aquilanus, Assmannus, Bellunensis, M. Bedwellus, Bochartus, Brictius, rhedenensis, cappucinus ; Angelus Caninius, Clenardus, Samuel Clericus, Abrah. Ecchellenensis, Erpenius, Guido Fabricius, Gerardus Cremonensis, Golius, Guadagnolus, Christophorus Hammerus, Henningius Henningi, Ioannes Hesronita, Hottingerus, Cœlestinus a sancta Liduina, Io. Andreas Maurus, I. Georg. Nisselius, Thomas a Nouaria, Georgius Ottonis, Nicol. Panecius, Bartholomæus Pettorano, Petrus Portus, Guil. Postellus, I. B. Raimundus, Hilarion Rancatus, Rauius, Robertus Retinenensis, anglus ; Schickardus, Selenus, Dominicus Germanus de Silesia, Gabriel Sionita, Rutgerus Spey, Georgius Weigenmayerus, Leuinus Warnerus.

Docti arabes. Pocokii Spec. hist. arab. 359.

Etymologia. Herm. van der Hardt arabia græca. 1714.

Exege-

*Exegetica theologia.* In ea adhibita  
arabicæ linguae præsidia. Theod. Hackspanii  
dissert. theol. & philol. Altorf. 1663. 279.

343. 377,

*Fabricii*, Io. dantiscani, in lingua arabica  
præceptor fuit Iacobus Golius, Fabric. in spe-  
cim. arab.

*Fridericus II.* Averrhoë adiutore, pluri-  
ma arabum scripta in europam traduxit. Ipse  
etiam insignem huius linguae cognitionem ha-  
buisse fertur. Kirst. vit. evang. 2.

*Grammaticæ*, in quibus arabicæ & alia-  
rum linguarum orientalium cognatio ostendit-  
ur. Iac. Altingii synopsi. instit. samarit. rabb.  
arab. æthiop. & persicæ. 1717. Bonau. Corne-  
lli Bertrami comparatio grammaticæ hebrææ  
& arabicæ. apud Vignon. 1574. Io. Henr.  
Hottingeri gramm. IV. linguarum hebr. chald.  
syr. & arabicæ harmonica Heidelb. 1659. Chri-  
stiani Ravii grammatica generalis hebræo-chal-  
dæo-syro-arabico-samaritana. Briami Wal-  
toni introductio ad lectionem linguarum ori-  
entalium, hebr. chald. samarit. syr. arab. pers.  
æthiop. armen. copt. Lond. 1655.

*Gregorii*, Jacobus de. cultor linguae ara-  
bicæ. Acoluthi Obadias armen. in præfat.

*Grammatici arabes*, Kirst. gramm. arab.  
lib. 3. p. 7.

*Hierosolymitanum concilium*, arabice  
scriptum. Kirst. gramm. arab. 3.

)\*( 3

*Histo-*

*Historia linguae arabicae*, a Io. Henr. Michaele composita. Hotting. smegm. 36 Dap-pers Asia 41. b. 48. b. Eutychii origines ec-clesiae suae, a Seldeno editae. 156.

*Hubertus*, Steph. huius linguae exco-  
lendae gratia in africam profectus est. Postea  
eius professorem Lutetiae egit. Colomessi me-  
lange curieux. 146.

*Kirstenius*, Petrus, in ea ab arabe institu-  
tus. in tribus speciminiibus charact. arab.

*Lexica*. Thesaurus arabico-syro-latinus,  
interprete Thomia a Nouaria, theologo, Ro-  
mae, rypis congreg. de propag. fide 1636. 8.  
B. M. I. F. lexicon hebraicum, chaldaicum, sy-  
riacum & arabicum. 1686. 4. Christiani  
Ravii diff. de scribendo lexico arabico.

- - eorum defectus. Relandus de relig.  
muhammin. 73. not. 90. n. 91. n. 108. n. 185.  
265.

*Litterae*. Earum figura duplice utuntur,  
cufica & vulgari. Cuficarum, quibus urbs,  
Cusa, nomen dedit, originem ab Ismaele  
atque ex hebraea litteratura repetunt muham-  
medani, exceptis Persis, qui eum honorem  
tribuunt filio Kahtanis, Varah, qui Ierah est,  
Ioktonis proles. Cuficæ litteræ vulgaribus  
perfectorum habentur ; quas exhibet Chardin-  
nus in descriptione itinerum suorum. Litte-  
rarum, quæ iam in usu sunt, inuentor Ebn-  
motah esse fertur, qui CCC. post Muhamme-  
dem

dem annis vixit. Dauid Wilkins in præf. in Chamberl. orat. domin.

*Maronitarum collegio, Romæ constituto, uberior arabicæ linguæ cultura proposita fuit. Kirſt. vit. evang. 3.*

*Medicina.* In hac usus linguæ arabicæ. Io. Elichmanni epistola arabica de usu linguæ arabicæ in medicina.

*Methodus,* qua hanc linguam suos doceant arabes. Kirſt. gramm. arab. lib. 3. p. 7.

*Obadias.* Lud. Mich. Crocii specimen philologicum, quo Obadias, propheta, hebreice, syriace, & arabice, cum commentariis rabbinorum, Sal. Iarchi, D. Kimchi & Aben-esræ, adiecta versione latina, & notis quibusdam, in fine annexis, exhibetur. Bremæ, 1673. 4.

*Pauli epistolas quasdam arabice tantum extare credidit Kirſtenius in gramm. 3.*

*Philosophia.* Relandus de relig. muhamm. 147.

*Poetica ars.* Eam tradentes, Io. Fabricius in calce specim. arab. & Sam. Clericus.

-- ea excellentes arabes. Ada muhammed saidores Phatalla omnium poetarum inter arabes, teste scriptore domestico, præstantissimus fuit.

*Postellus,* Guil. iter in orientem fecit, indeque in patriam retulit plures codices manuscriptos, Colom. melange curieux.

Pro-

Professor linguae arabicae primus ab electore palatino, Friderico IV. constitutus est. P. Kirst. libro 2. de canone canonis &c. p. 5.

*Psalterii*, manu exarati, mentionem inicit Relandus de relig. muh. 24. not.

*Rancatus*, Hilarion, cistercensis, arabice doctus. Mabillon in itinere italic.

*Sauarius* de Breues, Franciscus, typographiae autor. Baier hist. congreg. Rom. 19.

*Sunnah*, Hotting. hist. orient. 298.

*Testamentum nouum* Ioannes, hispalensis episcopus, in arabicam linguam transtulisse dicitur. Seldenus in originibus alexandrinis.

*Typographia arabica* reperitur Romæ, quæ a Ferdinando, magno Hetruriæ duce, erecta est. Kirst. vit. euang. 3. Mentio quoque sit mediolanensis, patauinæ, & parisiensis.

-- *consilium* Schulzii singulare de ratione multiplicandi libros arabicos. Leipz. gelehrte Zeit. Lat. 1720. m. mart. 43.

*Uodus* huius linguae. Hottingeri dissert. de usu linguae arabicae in theologia, medicina, iurisprudentia, philosophia & philologia, in analect. theol. 233.

*Generatim*

Pocokius in specimine historiæ arabum. 150.



Bd 12/16.

S 8

Bd 6.





5.  
**SPECIMEN  
INDICIS RERVM  
AD  
LITTERATVRAM  
ARABICAM  
PERTINENTIVM**

---

*AUCTORE*  
**IO. HENR. CALLENBERG**

---

Halæ in typographia instituti iudaici  
cl<sup>o</sup> lccc xxxv.